



Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. VI. S. Augustinus diuinorum literarum studiosissimus; quas etsi non
capit, maximè tamen suspicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

C A P V T V I.

S. Augustinus Diuinarum literarum studio-
ſiſſimus; quas etſi non capit, maximè ta-
men ſuſpicit.

IGITVR Christianæ fidei mysteriis initia- S. Augusti-
nus Sacrarū
literarum
& adiūt
ſacrarum
amantiffi-
mus.
tus, taliq[ue] veste indutus, diligenter ſe
exercuit in ſtudio atque commentaryone
S.S. literarum, ē quibus veluti diuitibus ve-
nis eruebat æternæ vitæ theſaurum, quo
vno ſumus beati. Frequens irem erat in Ec-
clesiā, quod in eā, prout dictum eſt, mirā
dulcedine perſunderetur, ob hymnorū
ſuaue concentum: qui per ea tempora
primū Ambroſij ſtatuto choris alternis
cœpti ſunt in templo decantari. Cūm enim
Iuſtina Auguſta, hæreſi Arianā infecta, Lib. 9. Cō-
fess. c. 7.
D. Ambroſium Episcopum impotentiū
odifſet, ſublatumque vellet ē medio: vir
ſanctus pro retinendā religione, conſeruan-
diſque patriis legibus mori paratus, cum
primariis aliquot ciuibus in æde ſacrā con-
ſtanter excubabat; ſimul id agens, vt ne
quid tædij ſuaue ſonantibus hinc inde can-
ticis, populus ſentiret. Quam rationem
cantandi poſtmodum imitat̄ ſunt ploræ-
que Occidentis regionis Ecclesiæ (nam ea
in Oriente tunc præuigebat) ut per oblecta- Li. 10. Cō-
fess. c. 33.
menta aurium infirmior animus in affectum

I 3 pietat-

pietatis assurget. In hunc eumdem finem, videlicet ut feruentiores in Deum excita- rentur affectus, externos quoque ritus in- ter orandum adhibere optimum censebat,

Lib. De cu-
râ pro mor.
cap. I.

docentque haec ipsius verba: *Orantes de membris sui corporis faciunt quod supplican- tibus congruit, cum genua figunt, cum exten- dunt manus, vel etiam prosternuntur solo, & si quod aliud visibiliter faciunt; quamvis eorum inuisibilis voluntas, & cordis inten-*

Percantum & ritus ex- ternalis, interne ut ei humanus pandatur animus: sed his ma- rior affectus & us excita- dumq; humilius atque feruentius. Et nescio

quo modo, cum hi motus corporis fieri nisi mo- tu animi præcedente non possint, eisdem rur- sus exterius visibiliter factis, ille interior in- uisibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cor- dis affectus, qui ut fierent ista præcessit, quia facta sunt, crescit. Quod in seipso fatetur

experienciâ didicisse, dum in templis exte- Qua Sar- riores haec cærimoniæ frequentarentur, fi- crus in lite- deique mysteria decantarentur: quibus fir- vis non in- missimum semper adhibebat assensum, li- telligimus, suscipienda. cet ea intellectu conspicere non posset; a-

nimaduertens præsertim quamplurima in rebus humanis fieri cernique quotidie; Vide li. 21. quorum nulla ratio dari possit, quæ ta- De Cœnit. men non nisi temerè negantur. Quare, Dei.

Demus,

Demus, inquit, Deum aliquid posse, quod nos
fateamur inuestigare non posse. In talibus to-
ta ratio facti est potentia facientis. Illa est
laus fidei, non visa credere; præmium erit in-
telligere, ac creditarum possessione gaudere.

Eodem lib.
cap.7.

CAPVT VII.

S. Augustinus roboratur miraculis in fide,
quæ Mediolani contigerunt; ubi & B. Sim-
pliciani sadalibus viuendi regulam tradit.

CVM in hisce rebus fidei iam antè non
aleuiter instructus esset, maximopere
confirmatus est occasione sanctorum cor-
porum Geruasij & Protasij, quæ Dei mo-
nitu cùm essent reuelata, pluribus per id
tempus miraculis coruscabant. Complures
enim energumeni liberabantur, & fre-
quentes ægri sacrarum vestium attactu sa-
nabantur, ac inter ceteros, ciuis quidam
Mediolanensis totâ vrbe notissimus, cæci-
tate liberatus fuit. *Quanta*, inquit, *oraria* Ambros.
iactitantur! quanta indumenta super reli- epist. 85.
quias sacraissimas, ut tactu ipso medicabilia
reposcuntur! Gaudent omnes extremâ linea
contingere, & qui contigerit, saluus erit.
Tantæ gloriae, inquit, *Mariyrum ego etiam* Lib. 22. De
testis fui, memorabilia facta noui in viri in- ciuit. Dei
nocentis & fidei Catholicæ præsidium, ad- cap. 8.
uersus hæresis feminineam, sed regiam rabiem,

Lib. 9. Cō-
fess. cap. 7.

Varia per
sacras Di-
uorum reli-
quias mi-
racula.